



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens Quæstiones à XXVII. vsque ad LXIV. & à Quæstione CVI.
vsque ad CXIV.

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1620

Disp. CXXXI. De vario nominum vsu in mysterio Trinitatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81000](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81000)

Et similiter dicendum est ad secundum. Cum enim aliquid essentialiter dicitur de patre, non excluditur filius, vel Spiritus sanctus propter essentialiter unitatem. Unde sciendum est, quod in autoritate predicta, hæc dictio, nemo, non idem est, quod nullus homo, quod videtur significare vocabulum. Non enim posset excipi persona patris: sed sumitur secundum usum loquendi distributive pro quacumque rationali natura.

Ad tertium dicendum, quod dictio exclusiva non excludit illa quæ sunt de intellectu termini cui adiungitur si non differunt secundum suppositum, ut pars, & uniuersale. Sed filius differt supposito a patre. Et ideo non est similis ratio.

Ad quartum dicendum, quod non dicimus absolute, quod solus filius sit altissimus, sed, quod solus sit altissimus cum Spiritu sancto in gloria Dei Patris.

Notatio circa Articulum.

Conclusio est. Quando predicatum est commune, ut Deus, Sapiens, &c. Nomen, solus non potest addi termino personali, quare dicere non possumus, Solus pater est Deus, nisi propositio reddat hunc sensum; ille, qui solus est pater, est Deus, qui sensus non est in usu. Circa hanc conclusionem advertendum est, ideo nos addidisse in conclusione verba illa, Quando predicatum est commune, ut Deus, etiam si expressè non habeantur in corpore, quia in titulo articuli ita habetur, & in eo casu controuersia est: titulum autem articuli intelligo, non qui præfixus est articulo, ille enim non fuit à S. Thoma posuit; sed, qui in ipso articulo ante initium primi argumenti insertus est. Quocirca in corpore solum disputat sanctus Doctor de particula, solus, in ea propositione, solus pater est Deus, in qua predicatum commune est: nam si predicatum esset personale, optime posset addi nomen, solus, ut in hac propositione, solus pater generat. Verum circa usum horum nominum, & aliorum, de quibus S. Thomas in art. 2. disputat, copiosius nobis statim differendum est.

DISPUTATIO CXXXI.

De vario nominum usu in mysterio Trinitatis.

De nominibus, idem, alius, & aliud, vnus, & vnum, cap. 1.
De nominibus diuersitatis, separationis, & vnionis, cap. 2.
De nominibus, triplex, & multiplex, cap. 3.
De vocibus, vnus lingularis, & solus, cap. 4.

CAPVT I.

De nominibus, idem, alius, & aliud, vnus, & vnum.

Quo pacto his nominibus vtendum sit, quando non prædicantur per se, sed veluti adiectum Trinitatis, vnus scilicet essentialiter in tribus personis, ignorare potest. Manifestum enim est, non posse dici, Patrem esse alium Deum à Filio, nec alium creatorem, &c. Sic enim significaretur

distinctio in essentiali. Atque ideo hunc modum loquendi improbant Sixtus Papa in Epistola, & Sixtus Pap. 6. Synodus actio. 11. in Epistola Sophronij: sed contra debemus dicere, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum esse eundem Deum. Aut vero, cum adduntur nomina notionalia, debeat dici idem, vel alius Deus, dicemus infra disputat. 17. vtrum videlicet debeat dicere, Deus genuit alium Deum, an eundem Deum, ut ex eodem quædam.

Proponit autem auctor commentarij in librum Boethij de Trinitate apud Bedam tom. 8. columnam 1113. dubitationem, an prolata hac propositione, Pater est Deus, sit vera etiam hæc, idem est Deus Filius? respondet autem, distinctione opus esse. Si enim, (inquit) hoc totum supponatur, idem Deus, non est concedendum ne incidamus in Sabellianam hæresim, idem enim ad Patrem refertur, ac si dicat, quia præcessit illa propositio, Pater est Deus; cum addimus, idem Deus est Filius, vox, idem, ad Deum, ut de illo præcessit locutio, refertur videtur; hoc est, ad patrem, qui est Deus; & ita sensus est, Deus Pater est Deus Filius; quod est personas confundere. Aliiter autem (inquit) est, si vox, idem, non præponatur voci, Deus, sed postponatur, quod auctor ille dixit, si non opponatur, sed prædicetur; tunc enim vera erit propositio, ut si quis præmissa hac enuntiatione, Pater est Deus, subiungat hanc, Et Deus est idem Filius, vera erit, quia reddit hunc sensum, Deus cum Patre, alio autem modo prædicto sensus erat, Deus Pater est idem Deus; qui Filius, quæ duo diuersa esse existimat auctor ille eodem loco; cum vix vlla appareat differentia inter has, Deus Filius est idem Deus cum Patre, Deus Filius est idem Deus, qui Pater. Ego sane arbitror, cauendum esse, ne nomen idem, cum præcessit enuntiatio de aliqua persona, refertur videatur illam; sic enim non est dicendum, Et idem Deus est Filius, si tamen non refertur nisi nomen concretum Dei, concedi debet. Hoc autem discerni debet secundum regulas, quas tradimus infra disputat. 17. cap. 6. quoniam enim nomen, Deus, ponitur ex parte prædicati, etiam si de aliqua persona prædicetur, non supponitur pro persona, sed pro natura, ut in hac, Pater est Deus, quare cum postea additur, idem Deus est Filius, vox, idem, non videtur referre personam patris, sed naturam deitatis in concreto. Quando vero ponitur nomen, Deus, adiuncta aliqua voce notionali, quæ facit ipsum supponi pro persona, iuxta ea quæ ibidem dicemus, tunc non erit verum dicere, idem Deus est talis, vel talis persona, assignando aliam; ut si aliquis dicat, Pater est Deus generans, vel Deus generans est Pater, non licet subiungere, & idem Deus est Filius, quia tunc nomen, idem, refert Deum generantem, qui supponitur pro persona Patris.

Verum enim vero si nomina, alius, & aliud, ponatur per se, quod logici vocant categorematicè, est alius, & ut in hac propositione, Pater, vel est alius à Filio, vel alius, non est aliud à Filio, liquet etiam ex doctrina Patrum, & Conciliorum, quo modo loquendum sit; alius, aliud, enim masculinè distinctionem suppositi; aliud, vero neutraliter distinctionem naturæ denotat; ideoque licet asserere, Pater est alius à Filio, & in diuinis est alius, & alius, non tamen est verum, Pater est aliud à Filio, vel, in diuinis est, & aliud, & aliud. Colligitur in primis hæc doctrina ex Nouatiano præterito Romano apud Tertullianum lib. de Trinitate cap. 22. vbi docet, vnum, naturaliter refertur ad naturam, vnus, autem masculinè ad personam;

periori allegatus, plane de Filio ipso dicit, non esse diuersum. Quod si apud Patres aliquando dicitur diuersus, vel erit cum additamento illo, quod superius notauimus, scilicet, *secundum proprietatem*, aut *secundum personam*, vel in bonum sensum debet explari.

Nomina tamen, *discretus*, & *discretio*, facilius Trinitati tribuuntur, & eodem modo, atque nomina, *distinctus*, vel *distinctio*, videntur significare discrimen. His vocibus vtuntur Concilium Toletanum, primum, & secundum, & Lateranense sub Innoc. III. in capite, *Dammamus*, de summa Trinitate, & fide Catholica, antiqua etiam translatio Dionysij 2. capite de diuinis nominibus ait, quædam dici de Deo vnite, quedam discrete, Græcè, & *εἰρημνῶν*, quod distincte, & discrete denotat, à verbo, & *εἰρημνῶν*, quod distinguere, & discernere significat. Perionius vero transfert, *distincte*, Latinius autē loco proximè citato merito inquit, *ne vtrumque* (scilicet Patrem, & Filium) *secreuimus*. Nam secrete plus videtur significare, quam discernere, scilicet separare, & diuidere, quod de diuinis personis non est dicendum. Eodem nomine vtitur Ricardus de S. Victore lib. 4. de Trinitate, cap. 15. & lib. 5. cap. 15. & lib. 5. cap. 1. sed plane refert ad proprietates, sicut de voce, *disserere*, notauimus. Porro, vt oblerauit August. 7. de Trinit. cap. vltim. personæ non possunt dici dissimiles: id enim ad essentiam refertur.

De voce, *vnio*, & *coniunctio*, latine caute loquendum esse aliqui putant: potius enim in Deo concedenda videtur vnitas in essentia, quam vnio: hæ namque voces, sicut etiam vox, *coniunctio*, collectionem plurium in vnum participatione quadā significare videtur. Nominē coniunctionis v. us est Billius interpres Nazianz. in oratione 23. quæ est in laudem Heronis Philosophi, & in commentario Nicetæ in illa verba eiusdem orationis, *factis*, quæ sunt circa finem illius, & Perionius interpres Dionysij, cap. 2. de diuinis nominibus, & c. 3. *sepe numero*, & ea, quæ sunt essentialia in Deo, vocat coniuncta, & communia totius diuinitatis: & infra, distinctionem & vnitatem in Deo appellat coniunctionem, & distinctionem, Græcè autem apud Nazianz enū, & Dionysium est nomen *vnio*, & vnioem, seu vnitatem significans, quo Græci passim vtuntur, tam ad denotandam vnioem aduocum naturarum in vna persona Christi, quam ad significandam vnitatem essentia, & essentialium attributorum in Trinitate. Vtuntur etiam Dionys. voce, *ὑνωμένη*, quā Latinè interpretamur vnium, coniunctum, Græci enim, quod copiosior sit apud eos verborum significatio, non timent vilo modo his nominibus vti. Solum suspectam habuerunt vocem, *συμπαγῶν*, Patres Concilij Alexandrini Epistol. 10. apud Cyril. ad exprimendam vnionem duarum naturarum in Christo: quod potius contactū propinquitatis, quā vnionem videatur significare, vt notant Lingua Græcæ periti: & Patres illi vtuntur nomine, *ὑνωμένη*, quo etiam in Trinitate vtuntur; Latine vero sic dicitur in illa Epist. Conc. Alexandrini. Imo, & *coniunctionis nomen euitamus*, tanquā non existens idoneum, quod significet vnitatis arcanum, & me iudice, nomen, *coniunctio*, apud Latinos non ita rectè quadrat huic mysterio, ad exprimendam vnitatem personarum in vna essentia, sicut nomen vnitas. De nomine autem, *συμπαγῶν*, aliqua dixi in

disput. priori contra Elipandum ex ijs, quas addidi libris de Adoratione c. 13.

Quare ex Latinis authoribus Bernard. lib. 5. de Consideratione ad Eugenium in medio, de Deo, inquit, *Vnum quippe est, sed non vnium, non partibus constat, vt corpus, id vero ad exprimendam summam Dei simplicitatem dixit; quia vnium videtur esse in*, quod colligitur ex multis ad vnum. Ita enim dixerat, *Non habens* (scilicet Deus) *quod ad numerum diuidat, non quæ colligit ad vnum*, quibus verbis non negat esse tres personas, cum statim vere numerum in eis concedat; sed inter personam, & essentiam contra Gilbert. numerum negat, & summam adstruit simplicitatem: ideoque asserit, *non quæ colligit ad vnum*. Nam licet tres personæ distinguantur inter se; quia tamen cum essentia sunt idem omnino: non tam dicuntur in illa vnite, & collectæ, quā vnium. Idem notauit author commentarij in librum Boethij de Trinitate apud Bedam, tomo 8. columna 115. qui circa finem inquit, *Dicimus, quod non vnus*, (scilicet tres personæ) *ab vnione, sicut species, vel genus dicitur, non enim Deus vnus plura, quæ eo participant, substantialiter, vel accidentaliter*.

Ego quidem existimo, Latino sermone commodius significari mysterium Trinitatis in vna essentia nominibus, *vnitas*, & *vnus*, quam nominibus, *vnio*, *coniunctio*, *vnitus*, nihilominus non audeo modum loquendi, & vsum horum nominum aperte damnare.

CAPVT III.

De nominibus, triplex, & multiplex.

Vnt, qui existiment, nomen, *triplex*, non posse de Deo prædicari, neque nomen, *multiplex*, plex, & sicut prædicatur, *trinus*, sic docet Augustinus lib. 6. de Trinitate, cap. 6. 7. & 8. & lib. 15. cap. 3. Nam quamuis Epistola 102. videatur admittere hanc vocem, docet tamen de Deo dicitatione effectum; sicut Spiritus sanctus ratione etiam donorum, quæ nobis tribuit, dicitur septiformis. Refertur etiam pro hac sententia Ambrosius 1. lib. de fide, cap. 2. vbi ait, *Non est confusum, quod est vnum, neque multiplex, quod est indifferens*, sed ibi plane loquitur de essentia Dei, sicut etiam Nazianz. oratione ad Euagrium, quæ est 45. vbi ait, non esse in Deo multiplex numen: nec Deum esse multiplicem. Bernardus quoque citatur, qui libro 5. de Consideratione circa medium negat, Deum esse multiplicem, vel duplicem; sed asserit esse simplicem, & Concilium Toletan. XI. in Confessione fidei plane affirmat, Deum non esse triplicem, sed trinum. Ex Scholasticis vero id etiam docent, S. Thomas in hac quæstione articulo 1. ad 3. & Alexand. quæstione 66. membr. 1. articulo 4. Rationem vero reddit Augustinus: quia si Deus diceretur triplex, aut multiplex ratione personarum, sequeretur maius quid esse Patrem, Filium, & Spiritus sanctum simul, quā sit solus pater: at Sanctus Thomas ideo negat Deum esse triplicem quia triplum, & triplex significat proportionem inæqualitatis; est enim species quædam proportionis inæqualis: in Deo autem inæquale esse non potest.

Hæ tamen rationes, quod pace tantorum virorum dicere liceat, non probant efficaciter id, quod cõtendunt: Primum, quia si ex eo, quod Deus triplex diceretur ratione personarum, sequeretur absurdum.

Quomodo loquatur Bernard. 12.

Comment. Boeth.

Quid de his vocibus sentiant.

Nomen triplex, & multiplex, qui negent in diuinitate August.

Ambros. 13.

Nazianz.

Bernard.

Concil. Tolet. XI.

S. Thom. Alexand. Ratio August.

Ratio S. Thomæ.

August. & S. Thom. rationem conuincit.

absurdū illud, quod August. inferebat: idem plane colligeretur ex eo, quod trinus diceretur: nam in ternario maius, quid videtur totus ternarius quavis unitate seorsum; aut si hic non sequitur hoc absurdum, nullo modo inferri potest ex eo, quod Dens triplex dicatur: quomodo autem maius, & minus concedi debeat in numero, ita, ut diuinis quoque absque vlla absurditate locum habeat, explicauimus supra quæst. 30. in notat. art. 1.

Tum etiam, quod asserit Sanctus Thomas, solum probat, non posse Deum dici triplicem: at non posse dici multiplicem non demonstrat, quia nomen, *multiplex*, non est nomen proportionis, sed multitudinis. Ad hæc licet nomen, *triplex*, sit proportionis, minoris & hæc in Deo concedatur non est incommodum: quoniam æqualitas, & inæqualitas numeri necessario in Deo concedenda est, sicut etiam pauciores, & plures, ut in eodem articulo dicebamus: quis enim neget minorem numerum esse ternarium personarum in Deo, quam quaternarium personarum hominum, & plures esse quatuor homines, quam sunt tres diuinæ personæ.

Quare ego quidem alia ratione censeo, non posse dici Deum multiplicem, vel triplicem, etiam si trinus recte dicatur: eo vero est, quia vnum sensum ē duobus reddit, aut Deum in se pluribus constare, & ita opponitur simplici, quasi plura exigens ad sui compositionem, quod nullo modo de Deo dici potest. Nam quamuis Deus trinus sit in personis hoc est, in tribus subsistat, quia tamen nec ex tribus sit, aut coalescit quasi ex componentibus nec illæ cum essentia ad compositionem ipsius Dei conueniunt, cum sint idem omnino, cum illa dici non potest triplex, aut multiplex qui trinus recte vocatur: trinus enim solam distinctionem hypostaseon denotat etiam in eadem natura & absque vlla ipsarū ab essentia distinctione. Aut efficit hunc sensum, scilicet multos esse Deos, quasi Deus multiplicetur, nisi plures sint Dij: at Deum ideo trinum dicimus, quia aliquam in se habeat Trinitatem, ideoque cum tres Dij dici non possint, Deus trinus recte vocatur. Ex Patribus verò Nazianz. Ambros. & Bernard. cum negant Deum multiplicem esse, ad essentiam manifeste referunt, & primū sensum videntur sequi, multiplex enim putant opponi simplici: præsertim vero Bernardus, qui contra Gilbertum Porretanum eo loco contendit, inter personam, & essentiam nullam esse distinctionem, ne Deus multiplex, & absque simplicitate esse dicatur, quā putat non tolli Trinitate personarum, si personæ cum essentia sunt omnino idem.

Nazianz.
Ambros.
Bernard.

Verum enim vero si voces, *multiplex*, & *triplex*, & *duplex* referantur ad personas, processiones, aut relationes, non video quare non possint Deo conuenire: quare dicere licebit in Deo esse multiplicem personā, esse triplicem personam, duplicem emanationem. Sic enim S. Thomas quæst. 10. de Potentia, artic. 2. dixit, duplicem in Deo esse emanationem. Alij dicunt duplicem esse processionem: eodem modo Nazianz. Oratione allegata, dicit, ὁ διδυμος τοῦ πατρὸς ἀνρίς, hoc est, geminus Patris radius: sic enim appellat Filium, & Spiritum sanctum. Quod si licet dicere geminam processionem, & geminum radium, licebit quoque dicere duplicem processionem, & duplicem

16.
Nomen triplex, vel multiplex, si referatur ad personas, uti licet in Diuini.
S. Thom.

Nazianz.

radium: radius enim ad originem refertur, non ad essentiam: ea enim, quæ communia sunt communitate quasi vniuersalis, quales sunt conceptus personæ, relationis & processionis, qui ex pluribus abstrahuntur per intellectum, vel ea, quæ solam sola voce, quasi prædicatione, communia sunt, recte dicuntur multiplicari per inferiora, vel tunc præsertim, cum inferiora non sunt eiusdem modi, sicut paternitas, filiatio, & spiratio, quæ quasi diuersæ speciei apprehenduntur. Mitto hic rationem, qua Nazianz. in ea oratione probat, Trinitatem personarum Dei simplicitati nihil derogare: in personis enim solam nominum differentiam, & multiplicationem videtur cedere, cum tamen hoc satis non sit: Sabellius namque diuersas quoque in eadem natura nomenclaturas concedebat. Ratio autem Bernardi nobis sufficit, quā late profecti sumus disput. 116. cap. 5. nempe, quia licet personæ inter se distinguantur, tamen cum natura diuina sunt idem omnino: quare cum illa, vel inter se nihil componunt. Ex quibus vltimo infero, perperam Mirandulum de Deo dixisse, *Vnum in triplici numine nomen habet*. Cum enim nomen ad essentiam referatur, non potest multiplicari, atque ideo expressè Nazianz. negauit in Deo triplex nomen. Et sane si triplex dici posset, trina etiam Deo deberetur adoratio, quod est absurdum: omnis enim adoratio diuina, numini debetur.

CAPVT IV.

De Vocibus Vnicis, Singularis, & Solus.

Hylarius 7. de Trinitate, non longe à fine, non haud Deum vnicum, aut singularem appellare, imo sacrilegium putat, Deum singularem dicere, quem sequitur S. Thomas in hoc articulo, consentit Bonauent. in primum distinct. 9. artic. 1. quæst. 1. Ceterum Durand. in primum distinct. 9. quæst. 1. & alij recentiores putant, secundum proprietatem sermonis concedi posse Deum esse vnicum, cumque iam periculum hæresis Sabellianæ cessauerit, absque vilo incommodo posse nos uti hac voce. Quod si de essentia ipsa, vel deitate hanc vocem prædicemus, dubium non est, ei posse conuenire.

De nomine, *singularis*, Hylarius id ipsum docet, quod dixerat de voce *unicus* 7. de Trinitate, post medium, & non longe à fine, & Leo I. in sermone 2. de Pentecoste, aliquantulum à principio, cum ait: *Et quia in deitate Patris, & Filij, & Spiritus sancti, nec singularitas est, nec diuersitas*, & author commentarij in librum Boethij de Trinitate apud Boetium 8. tomo, col. 116. qui refert Augustinum libro quæstionum noui, & veteris Testamenti. Ex Latinis tamen Lactantius lib. 4. diuinarum institutionum, cap. 29. circa finem, Deum singularem appellat: ex Græcis vero Sophronius in Confessione fidei, quæ habetur act. 11. sextæ Synodi sessionis deitate, & unitatem eius singularem vocat. Nec video, cur secundo proprietatem vocis Trinitatem in personis auferat: quare, nisi sit penitus auditoribus, non est timendum hac voce uti de nominibus, quæ à Logicis dicuntur excepta, ut, *solus*, *solum*, in expositione articuli 3. & 4. hæc explicauimus, siquid sit dicendum, & mentem Doctoris sancti sumus interpretati. Cum eo conueniunt Alexand. 1. p. quæst. 65. memb. 3. Bonauentura in primum distinct. 21. art. 2. quæst. 1. & 2.

Secur. Scotus quæst. 1. Durandus quæst. 1. & 2. Gabriel. quæst. 1. Canarien. in art. 4. huius quæstionis, & in quæst. 17. artic. 1. disput. 1. p. 3. in responsione ad secundum. Nec quidquam noui occurrit notandum, ut verum vltim horum nominum retinere possimus, præter ea, quæ ibi diximus, nisi expositio illius loci, Ioan. 17. *Ut cognoscant te solum Deum verum*, ubi Christus loquens cum Patre, videtur dicere, tu solus es Deus. Verum, ut colligitur ex Augustino 6. de Trinitate, cap. 9. nomen *solus*, non refertur ad pronomen, te, quod significat, & indicat personam: dici enim non potest, *solus Pater est Deus*, sed coniungi debet cum nomine, *Deus*, ut sit *solus*, ut cognoscant te, quies verus Deus solus: tunc autem vox *solus*, excludit à vera deitatis natura, non alias personas, sed alios Deos falsos, quos colit gentilitas.

QVÆSTIO XXXII.

De diuinarum personarum notionibus.

Consequenter inquirendum est de cognitione diuinarum personarum. Et circa hoc quarantur quatuor.

ARTICVLVS I.

Primum Trinitas diuinarum personarum possit per naturalem rationem cognosci.

Ad primum sic proceditur. Videtur, quod Trinitas diuinarum personarum possit per naturalem rationem cognosci. Philosophi enim non deueniunt in Dei cognitionem nisi per rationem naturalem. Inueniuntur autem à Philosophis multa dicta de Trinitate personarum. Dicit enim Arist. in 1. de celo & mundo: Per hunc numerum, scilicet ternarium, adhibuimus nos ipsos magnificare Deum vnum eminentem proprietatibus eorum qua sunt creata. Augustin. etiam dicit 7. Confes. Ibi legi, scilicet, in libris Platoniorum: non quidem his verbis, sed hoc idem omnino multis, & multiplicibus suaderi rationibus, quod in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: & huiusmodi quæ ibi sequuntur. In quibus verbis distinctio diuinarum personarum traditur. Dicitur etiam in glos. Roman. 1. & Exod. 7. Quod magi Pharaonis defecerunt in tertio signo, id est, in notitia tertiæ personæ, scilicet, Spiritus sancti. Et sic ad minus duas cognouerunt. Trismegistus etiam dixit, Monas genuit monadem, & in se suum reflexit ardorem. Per, quod videtur generatio Filij, & Spiritus sancti processio intimari. Cognition ergo diuinarum personarum potest per rationem naturalem haberi.

2. Præterea. Ricardus de sancto Victore dicit in libro de Trinitate: Credo sine dubio, quod ad quamcunq; explanationem veritatis non modo probabilia, imò

etiam necessaria argumenta non desunt. Vnde etiam ad probandum Trinitatem personarum aliqui induxerunt rationem ex infinitate bonitatis diuinæ, quæ seipsam infinite communicat in processione diuinarum personarum. Quidam vero per hoc, quod nullius boni sine consortio potest esse iucunda possessio. Augustinus vero procedit ad manifestandum Trinitatem personarum ex processione verbi, & amoris in mente nostra. Quam viam supra secuti sumus: ergo per rationem naturalem potest cognosci Trinitas personarum.

3. Præterea. Superfluum videtur homini tradere, quod humana ratione cognosci non potest. Sed non est dicendum, quod traditio diuina de cognitione Trinitatis sit superflua. Ergo Trinitas personarum ratione humana cognosci potest.

Sed contra est, quod Hilarius dicit in lib. 1. de Trinitate: Non putet homo sua intelligentia generationis Sacramentum posse consequi. Ambros. etiam dicit: Impossibile est generationis scire secretum. Mens deficit: vox filii. Sed per originem generationis, & processionis distinguitur Trinitas in personis diuinis, ut ex supradictis patet. Cum ergo illud homo non possit scire, & intelligentia consequi, ad quod ratio necessaria habere non potest, sequitur, quod Trinitas personarum per rationem cognosci non possit.

Respondeo dicendum, quod impossibile est per rationem naturalem ad cognitionem Trinitatis diuinarum personarum peruenire. Ostensum est enim supra, quod homo per rationem naturalem in cognitionem Dei peruenire non potest, nisi ex creaturis. Creaturæ autem ducunt in Dei cognitionem, sicut effectus in causam. Hoc igitur solum ratione naturali de Deo cognosci potest, quod competere ei necesse est, secundum, quod est omnium entium principium. Et hoc fundamento vsi sumus supra in consideratione Dei. Virtus autem creatiua Dei est communis toti Trinitati. Vnde pertinet ad vnitatem essentiae, non ad distinctionem personarum. Per rationem igitur naturalem cognosci possunt de Deo ea, quæ pertinent ad vnitatem essentiae, non autem ea, quæ pertinent ad distinctionem personarum. Qui autem probare nititur Trinitatem personarum naturali ratione, fidei dupliciter derogat. Primo quidem quantum ad dignitatem ipsius fidei, quæ est, ut sit de rebus inuisibilibus, quæ rationem humanam excedunt. Vnde Apostolus dicit ad Hebr. 11. quod fides est de non

Pagina 5. de princ. libri. Amb. lib. 1. de fide ad Gratian. cap. 5. ante med. tom. 2. q. 30. art. 2.

q. 12. art. 4. & 12.

de non apparentibus. Et Apostolus dicit 1. Corint. cap. 1. Sapientiam loquimur inter perfectos: Sapientiam vero non huius seculi, neque principium huius seculi, sed loquimur Dei Sapientiā in mysterio, quæ est abscondita. Secundò quantum ad utilitatē trahendi alios ad fidem. Cum enim aliquos ad probandam fidem inducit rationes, quæ non sunt cogentes, cedit in irrisionem infidelium. Credunt enim, quod huiusmodi rationibus innitatur, & propter eas credamus. Quæ igitur fidei sunt, non sunt tentanda probari, nisi per auctoritates his, qui auctoritates suspiciunt. Apud alios vero sufficit defendere non esse impossibile, quod prædicat fides. Unde Dionys. dicit 2. cap. de diuinis nominibus: Si aliquis est, qui totaliter Eloquijs resistit, longè erit à nostra Philosophia. Si autem ad veritatem Eloquiorum, scilicet factorum, respicit, hoc, & nos canone utimur.

Cap. 2. non
mutatur
remota à
principio.

Ad primum ergo dicendum, quod Philosophi non cognouerunt mysterium Trinitatis diuinatum personarum per propria, quæ sunt paternitas, filiatio, & processio; secundum illud Apostoli ad Corint. 2. Loquimur Dei Sapientiam, quam nemo principum huius seculi cognouit, id est, Philosophorum, secundum Gloss. Cognouerunt tamen quardam essentialia attributa, quæ appropriantur personis, sicut potentia Patri, Sapientia Filio, bonitas Spiritui sancto, ut infra patebit. Quod ergo Aristoteles dicit, per hunc numerum adhibuimus nos ipsos, &c. non est sic intelligendum, quod ipse poneret ternarium numerum in diuinis. Sed vult dicere, quod antiqui utebantur ternario numero in sacrificijs, & orationibus, propter quandam ternarij numeri perfectionem. In libro etiam Platoniorum inuenitur. In principio erat verbum, non secundum, quod verbum significat personam genitam in diuinis, sed secundum, quod per verbum intelligitur ratio idealis, per quam Deus omnia condidit, quæ Filio appropriatur. Et licet appropriata tribus personis cognoscerent, dicuntur tamen in tertio signo defecisse, id est, in cognitione tertie personæ; quia à bonitate, quæ Spiritui sancto appropriatur, deuiauerunt: dum cognoscentes Deum, non sicut Deum glorificauerunt, ut dicitur Rom. 1. vel quia ponebant Platonici vnum primum ens, quod etiam dicebant esse patrem totius vniuersitatis rerum: consequenter ponebant aliam substantiam sub eo, quam vocabant mentem, vel paternum intellectum. In qua erant ra-

tiones omnium rerum, sicut Macrobius recitat super somnium Scipionis. Non autem ponebant aliquam substantiam tertiam separatam: quæ videretur Spiritui sancto respondere. Sic autem nos non ponimus Patrem, & Filium secundum substantiam differentes, sed fuit error Origenis, & Arrii, sequentium Platonicos. Quod vero Trinegismus dixit, monas monadem genuit, & in se suum relexit ardorem: non est referendum ad generationem Filij, vel processionem Spiritus sancti, sed ad productionem mundi. Nam vnus Deus produxit vnum mundum propter sui ipsius amorem.

Ad secundum dicendum, quod ad aliquam rem dupliciter inducitur ratio. Vno modo ad probandum sufficienter aliquam radicem. Sicut in scientia naturali inducitur ratio sufficiens ad probandum, quod motus cæli semper sit vniformis velocitatis. Alio modo inducitur ratio, non quæ sufficienter probet radicem, sed quæ radici iam posite ostendat congruere consequentes effectus. Sicut in Astrologia ponitur ratio excentricorum & Epicyclorum ex hoc, quod hac propositione facta possunt saluari apparentia sensibilia circa motus celestes: non tamen ratio hæc est sufficienter probans, quæ etiam forte alia positione facta saluari possent. Primò ergo modo potest induci ratio ad probandum Deum esse vnum, & similia. Sed secundò modo habet ratio, quæ inducitur ad manifestationem Trinitatis: quia scilicet Trinitate posita congruunt huiusmodi rationes, non tamen ita, quod per has rationes sufficienter probetur Trinitas personarum. Et hoc patet per singula. Bonitas enim infinita Dei manifestatur etiam in productione creature, quia infinita virtutis est, ex nihilo producere. Non enim oportet si infinita bonitate se communicat, quod aliquid infinitum à Deo procedat, sed secundum modum suum recipiat diuinam bonitatem. Similiter etiam quod dicitur, quod sine consortio non potest esse iucunda possessio alicuius boni: locum habet, quando in vna persona non inuenitur perfecta bonitas. Unde indiget ad plenam iucunditatis bonitatem bono alicuius alterius consortiati sibi. Similitudo autem intellectus nostri non sufficienter probat aliquid de Deo, propter hoc, quod intellectus non vniformiter inuenitur in Deo, & in nobis. Et inde est, quod August. super Ioan. dicit, quod per fidem venit ad cognitionem, & non conuerso.

Ad tertium dicendum, quod cognitio diuinarum personarum fuit necessaria nobis dupliciter. Vno modo ad recte sentiendum de creatione rerum. Per hoc enim quod dicimus deum omnia fecisse verbo suo excluditur error ponentium deum produxisse res ex necessitate nature. Per hoc autem ponimus in eo processionem amoris, ostenditur quod deus non propter aliquam indigentiam creaturas produxit, neque propter aliquam aliam causam extrinsecam, sed propter amorem suæ bonitatis. Vnde & Moyses postquam dixerat: In principio creauit deus celum & terram subdit, dixit deus, fiat lux, ad manifestationem diuini verbi. Et postea dixit. Vidit deus lucem quod esset bona, ad ostendendum probationem diuini amoris. Et similiter in alijs operibus. Alio modo & principalius ad recte sentiendum de salute generis humani: quæ perficitur per Filium in carnatum, & per donum Spiritus sancti.

Conclusio est, impossibile, est naturali ratione in cognitionem trium personarum in una essentia deuenire. Circa hunc articulum nihil notandum occurrit pro explicatione illius, doctrinam tamen eius solitis disputationibus examinare necesse erit.

DISPUTATIO CXXXII.

An aliqui Philosophi Gentilium notitiam habuerint huius mysterij?

Plures Philosophi mysterium Trinitatis cognoverunt.
cap. I.

Vnde ad umbratam Trinitatis notitiam Philosophi habue-
runt. cap. 2.

C A P V T I.

Plures Philosophi mysterium Trinitatis cognoverunt.

Sanctus Thomas in hoc articulo in solutione
primi argumenti, vt defendat ratione natura-
linon posse Trinitatem ostendi, affirmat nulli
philosopho gentili mysterium hoc innotuisse.
Verum si Patrum scriptis fides habenda est, nega-
re non possumus, nonnullis Philosophos notitia
aliquam huius mysterij fuisse ascetos, vt co-
piose probat Augustinus Eugubinus libris de pe-
renni probat: fides enim testatur Clemens A-
lexand. lib. quinto Strom. de Plarone, Iustinus
martyr, in oratione ad gentes, & Cyrillus t. 1. & 2.
contra Iulianum de Orpheo, & alijs, & Augusti-
nus locus inferius allegandis.

Proferamus igitur aliquorum Philosophorum
testimonia, vt id quod diximus magis illustretur.
Augustinus Eugubinus libro 1. de perenni Philo-
sophia, à capite i. vique in finem multa citat, quæ
de Deo Patre, & Filio loquuntur: in 2. vero libro
non pauca, quæ de tota Trinitate, ex quibus nos
nonnulla referamus. Plato in Epistola ad Diony-
sium, in 1. partem Tom. II.

sium Regem qui ipsum de natura Dei fuerat per-
 contratus, sicut: De natura primi loquendum est per æ-
 nigmata, vsi quid epistola ponto, vel terra perpeſſa fue-
 rit, qui regem, non intelligit: sic ergo res habet. Circum
 omnium regent omnia sunt, & illius gratia omnia existit.
 Platonis te-
 ſtimonium
 de mysterio
 Trinitatis.

illegue est causa bonorum omnium: secundum autem ver-
ba secundum, & tertium circa tertiam. Quorum vir-
bom sensum explicavit Porphyrius (vt testatur Porphyr.
Cyrillus) his verbis: Vtique ad tres subsistentias, siue hy-
potheses, aut personas progredi: id est habere diuinam sub-
stantiam tres descensus, siue in triplicem numerum se pro-
pagare: esse enim supremum, altissimumque Deum ipsum
per se bonum, post eum, secundum opificem, deinde animā
mundi: quia anima Latine enim est, quod ventus Græcè
ἀνεμος, anemos, anima enim est veluti spiritus qui-
dam. Mercurius etiam dictus Trisagistis, id est
ter maximus, eo quod de Trinitate verba fecerit
(vt inquit Suidas) serm. 3. sicut de Spiritu sancto:
(vt inquit Suidas) serm. 3. sicut de Spiritu sancto:
hanc enim theologia est quedam dominatoris omnium, vt

Nisi providentia esset, quædam dominatoris omnium, & per hanc ego Theologiam revelarem, neque vos nunc talis amor tenuisset, ut de eo quæreretis, nunc reliqua audite. Huius spiritus, de quo sæpenumero dixi, omnia indiget, omnia portat, secundum dignitatem omnia vivificat, & nutrit, & a sancto fonte decedit, omnibus spiritibus, & virtutibus semper est auxiliator. Hæc Mercurius, & multa alia, quæ copiosius edidit Eugubinus l. i. libr. c. 3. videtur sana alludere ad illud Genes. l. Et spiritus Domini ferebatur super aquas. Alia adducit Eugubinus ibidem c. 2.

alia ex Platone in epistola illa citata: denique cap-
itulum. 6. ex Damascio Philosopho, qui refert Aegy-
ptios primum principium tenebras appellasse,
quod tunc populus acclamabat, nempe significans,
Deitatem, quæ omnem cognitionem luperat, in
tribus subsistere, iuxta illud Psalmi 17. *Posuit tene-
bras latibulum suum.*

Sed omiffis multis alijs liber adijcere duo alia
 testimonia, vnum est eiusdem Mercurij, aliud ora-
 culi Appollini Delphici: illud vero Mercurij in
 eius libris, qui nunc circumferuntur, non est, ob
 id tamen commentitium cenferi non debet, multa
 enim ex Mercurio referunt Laetantius, Augu-
 stinus, & Cyrillus, quo in illius libris nunc non
 habentur. Suidas ergo tale recitat testimonium
 ex Mercurio: Erat lumen intellectuale ante lumen intel-
 lectuale, & erat semper mens mentis luminosa, & nihil aliud
 aliud erat, quam horum vnitatis, & Spiritus omnia conti-
 nens: extra hunc non Deus, non angelus, non substantia
 illa alia, omnium dominus, & pater, & Deus, & omnia
 creaturae.

vita alia, omnium dominus, & pater, & Deus & omnia
 iuxta se, & in ipso sunt. Nam verbum eius perfectum exi-
 stens, & secundum, & opifex, lapsum in secunda natu-
 ra, & aqua secunda proficiscitur fecit aquam. Ideo autem
 videtur dixisse verbum dominum secundum fecisse
 aquam, quia ex aqua volatilia, & aquatilia ani-
 mantia produxit, ut refert Scriptura Genesi. sub-
 iungit Mercurius: Adiuvo te celum Dei magnus fa-
 ciens opus, adiuvo te vocem patris, quam pro me ipso pri-
 mam. cum omnem mundum fluxit, obtestor te per vi-
 genium verbum, & patrem, qui continet omnia, esto mi-
 hi propitius, &c. Que latius profecquitur Eugubinus
 lib. 2. c. 17.

Alterum testimonium est, quod protulit Apollo Delphicus rogatus à sacerdote de vera religione, & refert Eugub. lib. illo c. 19. inquit ergo: Ne me vinam supremum infelix, ipse sacerdos, siteris de sancto ac diuino genitore, & solole charta, rebus magni induperantis, & flatu, qui mundum adflictiſſum continet omnem, montes, latorem, flumens, mare; tartara, & ignem aetnaque,